

## NUMMUS TRIUMPHALIS

FERDINANDI GONZAGÆ: SUM-

MI EXERCITUS CÆSARIANI PRÆFE-

cti: Cus occupatâ jam Floren-

tiâ: Anno Christi

1530.



**A** M r cis tandem aliquando oculis, hoc anno, Italiam pax al-  
 mare spexerat: variis sopitis bellis ac controversiis: quas hic  
 recensere longius foret. Soli superant Florentini asperissimo  
 bello implicati, & à sociis foederatisque destituti. Verun-  
 tamen insigni animorum altitudine, nec adversæ fortunæ,  
 nec minitanti hosti uspiam cedebant. Quin communitâ  
 civitate, & meliore parte municipiorum, militem cogeant, sibique im-  
 mensâ pecuniarum vi providebant. Arausinus Cæsarianorum præfectus  
 ubi receptâ Perusiam continuò territorium Florentinorum invasisset, unoque  
 cursu Spellam, Cortonam, & Anetium pacione cepisset, tandem etiam ca-  
 stra ad muros urbis ponit. In hoc Florentinum bellum: Ligures, Senenses,  
 Lucenses, Pontifex, & Imp. auxilia itidem submittebant. Nec verò obfesso-  
 rum virtuti quidquam decessit, donec Pistorio, Prato, atque Empoli, tribus  
 simul amissis oppidis, legatum præterea Ferucium unâ cum copiis, in Stel-  
 latinis profligatum atque interfectum cognoverunt. Missi igitur ad hunc  
 Ferdinandum Gonzagam (qui strenui ducis in obsidione officium fecerat,  
 & in demortui Arausini locum fuerat successus) legatis, decimo demum  
 mense post obsessum oppugnatamque Florentinam, non omnino iniquis  
 conditionibus concordiam constituerunt. Bartholomæus Valerius lega-  
 tus Pontificius urbem introgressus, ubi aliquot cives supplicio capitali affe-  
 cisset, alios exilio multasset, universam rem Florentinorum ad Pontificis